prefitientem ambitiose respuerat, sagittis petitum ut quibusdam placet, sed ob
rem Juvenis animose indignatus armata manu in eum irrumpere statuit. Nec
mora fuit consertoque prelio cum atrociter dimicaretur, ferme omnes Lepidi
legiones ipso dubio discriminis eventu ad Juvenem defecerunt. Lepidus se
temere magis quam accurate pregisse animadvertens, omni decoro cultu deposito
lugubri et inopi veste indutus ad victorem accessit veniamque imploravit
simul et vitam, quod cum impetrasset externo exilio multatus est. His itaque
gestis et omnibus insule urbibus in deditionem receptis ad Italiam profectus inge
nti plausu Cesar ovans introivit urbem. Ea quidem tempestate in populos Illi
rie qui adriatici maris oras inquieti rebellaverant, ipse presens copias traduxit,
quarum profectionem diluvio torrentium et aquarum impetus repente fabricato
ponte obstare. hostem in ripis obstantem invadere iussit. At cum suos in cunctante
inmorari perpendisset de timore trepidum, audacem firmato gradu obstupe
scenti clipeum animose percipiens, mira quadam audacia primus in pontem prosilu
it. Et velut solus cohortes obstantium invasurus processit, cuius exemplar
postquam sequerentur omnes, pons multitudine onustus ea parte lapsum dedit
qua iam conserto certamine Cesar pervenerat, qui genu levo dextroque brachi
o graviter colliso, non minori virtutis admiratione quam bellorum discrimine
in iure erectus terga hostes dare coegit. Inde se in Regione diffundens cum
dalmatis bella gesturus provinciam omnem contrivit, urbesque et oppida mul
ta milia rebellantia trucidata perimit. Neque excidio finem imposuit
donec dalmatas et pannonyos non nullis vulneribus saucius romano
restituisset imperio. Dum hec geruntur Fulvia ut traditur in civita
te inter Anthonium et Cesarem ingravescente odio orta seditio discensio — *i. seditio*
erat, que et aliquandiu intermissa iam ad hoc perventum erat, ut ad arma re
poscenda utereque festinaret. cum de pace convenerunt duces. Et ut stabi
liori vinculo in reconciliatione pacati remanerent quoddam salutare in me
dio protulerunt. Namque repudiata Fulvia, neque ulterius dolo cogitaret,
Octavia Cesaris sororem matrimonio sibi iunxerat Anthonius. Mens
dubia semper et instabilis fides in certo gradu stare nequaquam diutius si
ne pena permittitur, que a semet ipsa vexata continuo in peius spe varia — *l. variabilis*
labiis defluit, neque ullius federis aut gratie tenorem servat varie
inclinatura. Et quidem nil deterius nil periculosius in constantia quam sub
tem latentem deficiens animus detrimento sui indignum sunt errare ut unde — *credo incipit ibi*
culpa desinat error. Sublata Fulvia quid profuit, cum in deteriore
femine sortem incidit Anthonius qui in egipto amore Cleopatre defunctus
iam depre cepat, ac in ipsa libidinum sententia assumptus viperis am — *al. sentina*
plexibus in dies putrescens nuptiali peste non sine Cesaris dedecore
repulsa Octavia, regiam duxerat uxorem. Que in primo femineo
impetu conata ut regem dona imparet in urbe, adversus Cesarem plurim — *imperium*
quam romanum in arma egit Anthonium, quod in ipsis illecebris blandiendo sepe
quam difficillimum ab ipso mente capto viro fuerat promissum. Preterea et
subductum animum in ipso luxurie voluptatibus titillantem, infestus vesa
nie furor in tantum oppresserat ut in Asia qui romano cruore diutius re
spersa imperio romano parta erat, publico testamento velut in paterno regno
filios admodum parvulos, Philadelphum et Alexandrum, quos ex Cleopa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_933/0330

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG